



2.

17

1.

2.

3.

4.

6.

17

1.



20

QVA RATIONE  
**DIGNUS SOCIETA-**  
**TIS HUMANÆ CIVIS**  
IN HAC VITA POSSIT  
**SUMMUM** OBTINERE **BONUM,**

SUB AUSPICIIS DIVINIS  
ET FAVORE AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ,

*In Illustri Academia ad Varnum*

AUDITORIO MAXIMO

*Anno MDCCXXII. d. 28. Novembr.*

PRÆSIDE

**DN. ERN. JOH. FRID.**

**M. S. S. S. S. S.**

J. U. ET PHIL. DOCTORE ET MORALIUM  
PROFESS. PUBL. ORD.

*FAUTORE atque HOSPITE SUO*

*ESTIMATISSIMO,*

exhibebit, dissentientium oppositiones

excepturus,

RESPONDENS

**AMADEUS RABAGLIATI,**

Taurino-Pedemontanus.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampliff. Senat. Typogr.



ILLUSTRIS  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
MAGNIFICO  
**DOMINO RECTORI,**  
&  
*Summe Reverendis, Consultissimis, Experi-*  
*entissimis, Amplissimis atque Excel-*  
*lentissimis*

REVERENDI CONCILII  
**ASSESSORIBUS,**  
*VIRIS DE ECCLESIA deque RE- & PU-*  
*BLICA & LITERARIA*  
immortaliter meritis

**DOMINIS & PATRONIS SUIS**  
ad urnam usque devenerandis, colendis,

*hoc, quicquid est opelle,*  
cum Voto perennis  
**SUMMI BONI**

dat, dedicat,  
**TANTORUM VIRORUM**

*devotissimus Cliens*  
**AMADEUS RABAGLIATI,**



¶ Ot inter Philosophiæ moralis Doctores de summo bono sunt controversiæ, ut numerum earundem inire velle, idem sit, ac frustra aliquid facere; constitutum fuit a nonnullis mox in hac, mox iterum in illa vitæ humanæ felicitate; Ab aliis contra planè mortalibus denegatum, ac si nullum in hac vita dari queat: Verum linquendus est unicuique suus genius, quoniam inter tot, huc illucve inclinantium argumentorum cateryas veritas subtili quasi via fit elicienda.

§. II.

Dum itaque hac in parte liberè philosophari atque sentire liceat, tentamen facere voluimus mentis nostræ sensû exprimendi, siquidem contra summum Bonum disputantes, nos hæctenus non solum non in suam trahere potuerunt partem vel sententiam, sed plane contrarios nos habuere, dum nobis stet quasi inconcussum: *Dari summum bonum in hoc seculo acquirendum.*

§. III.

Ne vero nimis generalem faciamus propositionem, mentem nostram hisce includemus limitibus, nimirum quod probare studeamus: *Quemlibet prudentem posse acquirere in hac vita summum bonum.*

§. IV.

Antequam autem rem ipsam aggrediamur saltem descriptio summi boni quoad nostram acceptionem erit suppeditanda. Sit vero illa sequens: *Summum bonum est sors mundana, in qua quis bona cum conscientia acquiescit, & se contentum esse profutetur.*

A

§. V.

§. V.

Si jam vetus illud estatum sua niteretur veritate: *Nemo suo sorte contentus*; desperandum nobis esset de probatione nostra thesuros, nimirum dari summum bonum, imo dari quosdam illud summum bonum possidentes: Verum salva res est, istud enim proverbium suo destituitur valore, & omnino ita esset mutandum: *Non facile datur, qui sua sit sorte contentus*: Nam firmiter nobis pervasum manet, & existere inter mortales, (utut pauci iidem sit) summo Bono gaudentes, & dari posse fines, in quibus homo prudens se possit dicere contentum.

§. VI.

Diximus notanter: *prudens*, nam talem nostra præsupponit meditatio, qui pravis affectibus valedicens, in semel electo, vel acquisito statu absque cupiditate alius acquiescit, & altiore non cum anxietate affectat, quamvis illum si honeste & citra præjudicium possessi Summi Boni fieri possit, acceptet, & in illo, summi Boni studiosus esse allaboret.

§. VII.

Ut vero eo magis constet, qualem sub nomine prudentis intelligamus, missis Philosophorum subtilitatibus, dicimus: Prudentem esse talem, qui omnia sua negotia rite gerit, & cognitionem habet rerum divinarum atque humanarum, minimum superficialiæ aliquantum majorem.

§. VIII.

Per ea, quæ asseruimus decisio quæstionis jam anticipata est: *Annon quilibet teneatur semper meliora querere?* Nam responsio in apico est, nimirum illum, qui semel honestum acquisivit statum, & cum ipso statu necessario connexum S. B. haud imaginarium possidet, dignumque agit membrum societatis humanæ non anxie querere debere, id, quod adhuc quæssit



quasi incertum est. Ita etenim statuimus, quod nullum detur honestum vitæ genus in quo non sit Summum Bonum obtinendum, & quidem relativè tale: Imo in ipsa descriptione Summi Bono expressum est, illud esse tale, in quo quis bonam cum conscientia acquiescere possit.

§. IX.

Dum bonæ conscientiæ injicimus mentionem, statim discussum est, haud à nobis in numero possessorum S. B. haberi illos, qui gulæ aut voluptati indulgent, indeque nil optant præterea; illos enim potius plane exesse jubemus ex ordine felicium, quoniam eorundem tranquillitas nonnisi lubrica est & vana.

§. X.

Propius igitur ad rem si accesserimus, dispiciendum erit, qua ratione possit in hac vita obtineri S. B.: Felicius autem hoc exhiberi non posse existimamus, quam si sequens instituatür inductio, & quasi ocularis demonstratio.

§. XI.

Summi atque benefici nostri Creatoris dispositio illam homini voluit inesse prærogativam, ut gauderet ratione, ac proinde vitiosa à rectis posset distinguere, eoque ipso palmarium summi boni momentum gratis habet mortalium quilibet, quod nimirum

*Ipsi sit mens sana.*

§. XII.

Hoc itaque in unoquoque subjecto per voluntatem DEI indubitato præsupposito, statim sequitur, quemlibet sanæ mentis hominem suæ existere posse fortunæ fabricum, adeo ut ad obtinendum in hac vita summum bonum

*Sibi eligere queat vitæ genus honestum, suæ inclinationi, suisque facultatibus conveniens.*

A 2

§. XIII.

§. XIII.

Hoc factō sufficientissima erit occasio applicandi talentum a DEO & provida natura donatum, & cum homini post lapsum in sudore faciei suæ quærendus sit panis, nemo se subtrahet negotiis in suo vitæ genere necessariis, potius in id al- laborabit, ut

*Tantum habeat negotii, ne inutile sit terra pon- dus; & tantum otii, ne recreationi & a- micis aliquid debiti detrahatur.*

§. XIV.

Qui in ejusmodi negotiis sedulo versatus fuerit, nec quicquam omiserit, quod spartam, quam nactus est, ornare queat, vel quod officii, aut opificii ratio exigit, neglexerit, id inde sentiet commodi ad summum bonum facientis

*Quod habeat victum & amictum pro suo statu sufficientem.*

§. XV.

Et quod quasi indivulso cum memoratis cohæret nexu, post judiciose electum vitæ genus, ejusque gestionem dignam, & laudabilem, magnum accedet Summi Boni punctum

*Quod habeat rem suam prudenter agens tantum honoris, ut nulla notetur macula multo minus infamia, sed apud omnes minimum habeatur pro viro bono.*

§. XVI.

Forò, vir bonus, probus & honestus, rerum suarum di- gnus



gnus & prudens administrator, non delectabitur nequitiis,  
fraudibus & machinationibus DEum vel proximum laedentibus  
Sed summo studio in id erit intentus:

*Ut prima sit regula: Suum cuique est tribuen-  
dum.*

§. XVII.

Cum autem virum bonum & prudentem latere haud  
possit, omnia terrena esse vana, nihilq; in mundo dari stabile,  
per varias fati vicissitudines non de suo sibi patietur aliquid  
detrahi Summo Bono, sed ita semetipsum praeprabit:

*Ut animum nunquam in fortuna ludibris suc-  
cumbere sinat, sed potius contentus sit, se  
negotia sua adeo fideliter gessisse, ut quid-  
quid acciderit mali, sibi non habeat impu-  
tandum.*

§. XVIII.

Similiter prudens fati habebit cognitam malitiosam im-  
prudantium, inimicorum, osorum, & amicitiam simulanti-  
um consuetudinem, vi cuius omnia honeste facta allatrant,  
arrodunt, atque despiciunt. Quamobrem in summis habe-  
bit delicias:

*Ut inimicos, insidos, & omnes istius fursuris  
homines ne talitro quidem dignos existimet,  
sed ipsorum otiosa tentamina deplorans in  
bonesto suo vitae cursu continuet.*

## §. XIX.


In haecenus memoratis homo prudens suo iudicio omne facit punctum, adeo, ut certus esse queat de attingenda sub summi Numinis favore felicitate; Jam vero maximum adhuc restat momentum, ex quo in hac vita summum dependet bonum, & quo deficiente vix aliquid dici poterit bonum: SANITAS nimirum CORPORIS HUMANI: Verum quid obstat, quo minus dixerimus, quemlibet virum bonum, cui mens sana, ponderare posse, quid suae fanitati vel officiat, vel con- ducat, indeque sollicitum esse, ne temere corpus capiat de- trimentum, imò sua circumspectione efficere posse.

*Ut per maximum vitae spatium corpus habeat sa- num, & si intervalla morbosa habuerit, imò plurimum valetudinarius fuerit, etiam illa sorte sit contentus, æquo animo id, quod sua nec lata, nec levi culpa accidit, suscipiens.*

## §. XX.

Tandem, cum quilibet requisitis physicis & moralibus instructus, nisi in Jus Naturæ impingere velit, obstrictus sit, ad ineundum conjugium, prudens etiam hac in parte, id, quod suum perficit Summum Bonum peragere studebit. Quo- niam autem solet sæpiusculum evenire, quod præter gratos, conjugium etiam ingratos habeat eventus, admodum pru- denter circa illud erit versandum, & minimum prudens Sum- mi boni Studiosus in id intentus erit

*Ut vitæ sociam sibi eligat, quantum ulla pruden- tia assequi potest, suo genio convenientem, potissimum piam & bene moratam, probis- que*



bisque parentibus prognatam, unde certissime tantum habebit felicitatis, ut nunquam urgere debeat separationem quoad thorum & mensam, ceterum vero ipsi prudenti tela prævisa minus nocebunt.

### §. XXI.

Et quod ultimum, cum haud leve sit felicitatis momentum, dignos habuisse & nominis & virtutis hæredes, prudens paterfamilias id assequi poterit

*Ut Liberos habeat morigeros, inque doctrina justis, honesti atque decori ita informatos, ut novi fiant veri Summi Boni Studiosi.*

### XXII.

Qui in his enarratis circumspexit se exhibuit civem societatis humanæ, inque omnibus veneratus est SUMMI NUMINIS ASSISTENTIAM, (quæ adeo probe rem suam tractandi nunquam defuit,) ac consideravit perfectius adhuc obtineri posse Bonum in vita æterna, & ad illud attingendum diem a DEO præconstitutum placidus expectavit, tandemque in respectu melioris lætabundus ex vilioribus diffecit, de illo potest dici:

*Quod in hac vita summum possederit Bonum.*

### XXIII.

Nihil itaque superest, quam quod quemlibet amicum Lectorem rogemus, ut ad exempla honeste a teneris viventium nostrum applicet Schema, experturus, quid obftet, quominus dici queat: Illum Cajum demortuum habuisse, istum Sempro-


Sempronium habere, & hunc juvenem Mevium per media præscripta habere aliquando posse, delineatum a nobis Summum Bonum.

\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*

## COROLLARIA

Cum thesibus exhibitis consanguinea, quæ in gratiam opponentium adjicere placuit:

- I. Non dantur natura servi.
- II. Scandalosum est dixisse: Naturam interdum aberrare.
- III. In unoquoque homine per intentionem divinam est dispositio quodcumque humanum faciendi.
- IV. Inclinationis signa in pueris ad certum vitæ genus sunt fallacissima.
- V. Improvide electum vitæ genus, omni tempore potest mutari.
- VI. Nimis præcipitanter agunt parentes plurimum in electione vitæ generis filiorum.
- VII. Falsum est proverbium: Die Kunst geht nach Brodt.
- VIII. Nimium laborans avarus & propicida est.
- IX. Poëta in Republica non sunt tolerandi.
- X. Studia sunt omnino de pane lucrando.
- XI. Infamia juris & facti moraliter ejusdem sunt affirmationis.
- XII. Sapiens non invidet, sibi vero invideri in deliciis ponit.
- XIII. Nullus prudens facile quiratur.
- XIV. Nemo est infelix, qui non sit ipse in culpa, nisi casu fortuito vere tali detrimentum passus.
- XV. Quolibet de mundi nequitia querelam ducente, queri posset: Ubi sit Mundus?
- XVI. Quod Heroum filii sint noxæ, heroum culpa evenit.
- XVII. Dederus est erudito dixisse: se malam habere uxorem.



PRÆ-

*Prenobili atque Clarissimo*  
**DOMINO RABAGLIATI,**

Viro, Lingvarum exoticarum & philosophiæ

peritissimo,


*Amico atque Consalino suo honoratissimo*

salutem dicit

**PRÆSES.**

**T***Ritum istud dixerim: PATRIA  
EST, UBI CUNQUE BENE EST;  
Jamdudum tot testimoniis peregrinorum  
hospitaliter extra patriam habitum com-  
probatum est, ut amplius de ejus veritate  
nil quicquam supersit dubii: Et ut paucis  
me expediam, Tu ERUDITISSIME PE-  
DEMONTANE RABAGLIATI ipse ex-  
perientia edoctus exemplo esse poteris, non  
tunc tantum mortalibus bene esse, ubi ma-  
ternos adhuc fumare vident focos; siqui-  
dem in nostra Academia adeo faventes re-  
periisti animos, ut post mensis intervallum,*  
B *ex*

*ex quo ad nostras venisti Musas, tot tuam  
exoptent operam & conversationem, quot  
satisfacere tibi non est integrum. Prouti  
vero illud virtuti tue tribuendum, sic, eo  
majorem exhibes eruditionis promptitudi-  
nem, dum Cathedram Academicam publice  
conscendis, demonstraturus, te etiam lite-  
ris ac Philosophia in Academiis Gallico-  
Italica strenuam navasse operam. Sit tibi  
semper bene!*



In Occasione

*Che il Nobilissimo, & Dottissimo*

SIGNOR

AMADEO RABAGLIATI,

Torinese,

risponde in questa Vniuersità di Rostochio alle Thesi de  
SUMMO BONO, uiene da un suo suisceratissimo  
amico felicitato colla seguente Lettera.

*Signormio, Amico, e Padrone Collendisimo.*

**G**Li augurii, & le felicitazioni solite farsi in simili con-  
giunture ad vn amico leale, e Saggio, sà ella benit-  
fimo



fino deuno procedere da un cuore di già sufficiente-  
mente perfuafo delle virtù, e letteratura del medemo. Se  
ciò è, comparisco con queſti miei rozzi caratteri, ad' au-  
gurarli con tutta la poſſa del mio ſpirito, un' ottima riuſci-  
ta nel ſoſtenere degl' auerſarii le obiezzioni, e felicitarla con  
tutta l' efficacia de miei affetti della grandezza d' animo,  
colla quale ſò le rifiutterà, ſtante che dalla continuata per  
pochi giorni ſua conuerſatione, hò appieno conoſciuto,  
eſſerella dottata di prerogatiue ſi rare, che la fanno amira-  
re da ogn' vno, che hà qualche barlume, che coſa ſia Virtù.  
Confefſo ingenuamente, ed' il più che m' è permeſſo nell  
Idioma Italiano, confefſo dico, che quando terminiamo j  
noſtrii colloquii, mi ſento totalmente rapito, e ne parto  
conſolato, non che ammirato. E ella uerſata in più ſcienze,  
e belle Lettere, mà L' agiuſtatezza, e proprietà colla quale  
in differenti linguaggi ſ' eſprime, contendono il preggio  
à tantè altre più belle prerogatiue. Non ne ſono già il ſolo  
Panegiriſta, altri di me più ſaggi, ed' eſperti à pieno choro  
l' hanno decantata per vn de migliori Italiani, e Fran-  
ceſi habbino inteſo, e quelli medemi, che hanno fatto longo  
ſoggiorno in Parigi, ed' in Roma. Senz' adulazione po-  
tiammo gloriariſi d' averla ottenuta dalla Sorre in queſta no-  
ſtra Uniuerſità, e dobbiam ringraziarne chi ne fù il prin-  
cipale autore di trattenerla, ed' aſſieme in eſſa annouerarla.  
Diffenda, diffenda coraggioſamente, che puoſſi in queſta  
vita ottenere da vn vomo prudente il Sommo buono, che  
io intanto ueramente deſiderandoglielo le viuo di cuore,  
e mi raſſegno. Da Roſtochio li 28. Nouembre 1722.

*Di V. S. Amico, & Padrone*

Affmo ed' obligat:mo ſervo & Amico

**C. F. STEVER.**

FELICITATION

au ſçavant

*Monſieur AMADEE RABELAIS,*

natif de Turin, en occaſion, que dans l' Univerſité de  
Roſtoque il ſoutient avec une tres rare vivacité  
d' eſprit la theſe,

de Summo Bono.

**V**ôs tres rares qualitez, Monſieur, dont  
le bon Dieu à bien voulu vous doüer,  
& que vous même vous êtes acquiſes moye-  
nant les études à jamais interrompus, nous  
croïons en être les ſeuls clairvoïants te-  
moins, tandis qu' à nôtre ſeule compagnie  
le ſort vous a accordé, pour admirer vôtre  
ſageſſe en tous vôs diſcours, en toutes vos  
actions, que ſans contredit ſont tout-à-fait  
moralifées. Qu' il ſoit permis pourtant,  
ſçavant Monſieur, vous ne deviez jamais  
faire eclater votre vertu comme vous le  
faites aujourdui, car ce particulier plaiſir  
& profit, que nous en regevions, vous avez  
voulu le rendre public. Scachiez, Mon-  
ſieur,



feur, que toute nôtre assemblée est d'une  
constante opinion, que dans la véritable  
philosophie on doit point y permettre  
l'envie, car c'est un partage des esprits  
epuisés de vertu & de sagesse, qui envier  
le bien à son prochain, qui ne peuvent ob-  
tenir avec la foiblesse des ses cognitions: Si  
elle pourtant, selon le sentiment des autres,  
vient permise dans icelle, nous l'a-  
voüons naïvement, nous sommes bien en-  
vieux, tandis que nous nous flattions d'  
être les uniques admirateurs des vôs rares  
talents. Envieux, disons, mais d'une  
envie sage & noble, autrement appelée,  
emulation, non pas d'icelle des igno-  
rants, & des critiques, proprement nom-  
mée, envie. Encore une fois, nous sommes  
envieux, mais envieux vertueux, puisque  
notre envie a pour bût vôtre vertu. Ache-  
vez donc, nous en sommes ravis, achevez  
donc la sage carrière, ainsi soigneusement  
com-

commencée, soutenez jusqu' au delà du cer-  
cueil la renommée, & la gloire, qu' ailleurs  
de même, qu' ici vous vous êtes acquises  
& permettez nous d' avoir le bonheur  
de profiter incessamment de v<sup>o</sup>tre philoso-  
phie, la quelle a entierement pour son ob-  
jet *Summum bonum*, aussi bien, que  
de la pureté des v<sup>o</sup>s langues. Voilà, Mon-  
sieur, toute n<sup>o</sup>tre felicitacion, tous n<sup>o</sup>s  
souhais, & croiez, que nous nous signons  
passionement

Scavant Monsieur

Rosfoque  
Ce 25. Novembre.  
1722.

V<sup>o</sup>s tres affectionés Amis, et  
Compagnons de Table.



Rostock, Diss., 1715-23

ULB Halle  
005 016 037

3



TA → OL

nr 1+3 Stück verknüpft





20

QVA RATIONE  
**DIGNUS SOCIETA-  
TIS HUMANÆ CIVIS**  
IN HAC VITA POSSIT  
**SUMMUM** OBTINERE **BONUM,**

21

17223

*SUB AUSPICIIS DIVINIS*  
ET FAVORE AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ,  
*In Illustris Academiæ ad Varnum*  
AUDITORIO MAXIMO  
*Anno MDCCXXII, d. 28. Novembr.*

PRÆSIDE  
**DN. ERN. JOH. FRID.**

**M M S S S S S**

9536  
J. U. ET PHIL. DOCTORE ET MORALIUM  
PROFESS. PUBL. ORD.

*FAUTORE* atque *HOSPITE SUO*  
*ÆSTUMATISSIMO,*

exhibebit, dissentientium oppositiones  
excepturus,

RESPONDENS

**AMADEUS RABAGLIATI,**

Taurino-Pedemontanus.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampliff. Senat. Typogr.

